



m. ix.

h.M. 1, 94.



GOETHE  
Gesamtausgabe  
Band 12: Briefe  
1790-1791  
Hrsg. von  
Wolfgang Schmid und  
Ulrich Gutschow  
Mit einem Nachwort von  
Ulrich Gutschow  
und einer Anmerkung  
von Wolfgang Schmid  
Von der Deutschen  
Forschungsgemeinschaft  
unterstützt  
Schriftenreihe  
der Deutschen  
Forschungsgemeinschaft  
Band 12  
1980  
Gesamtausgabe  
Band 12: Briefe  
1790-1791  
Hrsg. von  
Wolfgang Schmid und  
Ulrich Gutschow  
Mit einem Nachwort von  
Ulrich Gutschow  
und einer Anmerkung  
von Wolfgang Schmid  
Von der Deutschen  
Forschungsgemeinschaft  
unterstützt  
Schriftenreihe  
der Deutschen  
Forschungsgemeinschaft  
Band 12  
1980

# COLLEGIUM POLITICUM,

VIGINTI DISPUTATIONIBUS,

Θετικῶς καὶ Συγγριανῶς,

Hoc est,

Sub THESIUM brevisimiarum, &  
QuæSTIONUM maximè illustrium ac jucundissima-  
rum, aliarumq; rerum ac distinctionum utilissima-  
rum formâ, pertractatum,

&

IN ALMA LEUCOREA

Publicè expositum.,

AUTORE AC PRÆSIDE

JOHANNE MANITIO,

Elstr. Lufato, Phil. & LL. AA. Mag. Sereniss. Elect.

Sax. Alumno, & Ampliss. Facult. Phil.

Adjuncto.

Sibonuses, & aequus rerum æstimator, Lege: Simma-  
lus, & iniquus obtrectator, abstine.

Sub calcem

Accessit Index Disputationum & Quæ-  
stionum.


Stanno Joh. RÖHNERI, Acad. Typographi,

An. M. DC. LXV.



SERENISSIMO ATQ; POTENTISSIMO  
PRINCIPI ac DOMINO  
**DN. JOHANNI**  
GEORGIO SECUNDO,  
Duci SAXONIÆ, JULIÆ, GLIVIÆ &  
MONTIUM, SACRI ROMANI IMPERII  
ARCHIMARSCHALLO ET  
ELECTORI  
LANDGRAVIO THURINGIÆ,  
MARCHIONI MISNIÆ,  
ET UTRIUSQUE LUSATIÆ,  
BURGGRAVIO MAGDEBURGENSI,  
COMITI DE MARCA ET RAVENSBURG,  
DOMINO IN RAVENSTEIN &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO  
SALUTEM, BENEDICTIONEM DIVINAM,  
ET PERPETUAM PROSPERITATEM.



**S**erenissime PRINCEPS, ELECTOR Potentissime, Me-  
dios inter clangores strepitusq; Turcicos Politi-  
ca Ego in Alma Tua Leucorea Tuoq, Auspicio,  
tractare suscepi publicè; Qvumq; ibi votum pro feli-  
ci Politicorum meorum discursuum termino ad  
*DEUM* devotum funderem, ardentissimis simul su-  
spiriis Clementissimum illud Numen solicitavi, qvò  
machinationes virulentas & cruentas Turcicas re-  
primeret contunderetq; ve, nobisq; hōc devictō ac  
perturbatō hoste infensisimō crudelissimoq;, tuta  
concederet halcyonia, qvò non tantūm ipse susce-  
ptum hoc qvalecunq; opus auspicatō continuare ac  
Colophonem Eadem addere valerem: sed etiam plu-  
rimi alii, tūm hīc, tūm alibi, in pertexendis suis curis  
strenuē pergere, atq; sic Eruditus Orbis ulterius inser-  
vire possent. Geminum istud votum *Deus* ex alto  
clementissimē exaudivit, & prius quidem nobis Pa-  
cem desideratam restituit, qvām mihi labores hos  
Politicos ad finem perducendi occasio concesa est.  
Quemadmodum autem *Tibi ELECTOR Clementissime,*  
Pacis laudabiliter recuperatae gratia magna referen-  
da est: ita sanē maxima, qviñ imō omnis omni-  
nō Collegii hujus continuati & jam absoluti  
habenda. Per Te enim hactenus vixi, Tuā, PRINCEPS

SVB

)( 2

munif-



Munificentissime, adjutus ac suffultus Benignitate atq;  
CLEMENTIA, abs qva si fuisset, Ipse ne lustrum quidem,  
nedum duo h̄ic commorari lustra, studiisq; operam na-  
vare, potuisse. Per septennium enim Tuo, Serenissime  
PRINCEPS ELECTOR, nunc fruor stipendiō beneficō, hujus  
in decursu, si quid laude dignum à me perfectum, Tuæ  
BENEFICIENTIÆ ascribendum est. Ad qvem itaq; potius  
Disputationes hasce meas ire juberem, ad qvem potiori  
jure eas pertinere existimarem, qvam ad TE ELECTOR  
magne ac felicissime? Poscit enim ratio, ut fructus labo-  
rum meorum soli Tibi sint, Tibiq; reserventur soli, cuius  
fundus in mancípio est, ut eorum qvicqvam aliò vertere  
non possum, qvin avertisse & intervertisse videar. Erunt,  
licet! forsitan non pauci, qvi sinistram in partem hunc  
meum conatum interpretabuntur, qvod Ego Homo no-  
vus tantum HEROA adire ac compellare audeam, qvippe  
qui splendidiori longè munere dignus sit. Equidem pel-  
lubenter confiteor, nullum posse esse humanum donum,  
qvod SERENITATI Tuæ respondere possit: attamen &  
hoc novi, etiam quandoq; Cererem gratisima dona Phœ-  
bo tulisse; nec Diis ipsis, dicente Poëta  
Semper inaurato taurus cadit hostia cornu.  
Ipsis, juxta illud Plinii, lacte Rustici, multæq; gentes sup-  
plicant, & molâ tantum salsa litant, qvi thura non habent.  
Darius Rex ille Persarum laudatissimus, pauxillulum  
aqvæ

aqvæ volâ haustum ab hominē Agricola hilarifronte accepit; nec *Theseus* frugalem aspernabatur *Hecaten*. Istorum Heroum exemplo, *HEROS maxime*, hoc meum mustum, vitali favoris tui aurâ suscepturn ne aspernare, sed potius nuncupationem hanc non nisi gratitudinis ergo pro acceptis à me beneficiis institutam, clementer intuere, meq; *Alumnum tuum*, que in omnes disputationes istæ sub frontem profitentur, in Clientelam semel receptum, porrò etiam gratiâ & favore Tuo amplectere, certumq; Musis meis locum largire. Ita per *TE vivam*, *ELECTOR Clementissime*, omni Invidiâ, omni fortunâ Major. Vive itaq; & æternum Vale, *Potentissime PRINCEPS & ELECTOR*, cum *Conjuge Serenissima*, *Principe Electoratus Herede Filio Celsissimo & tota inclyta Ruta Saxonica*. Nullæ turbæ turbulentæ pacem nobis adimant, omnia tristia cedant, læta redeant, maneantque ubivis omnia sarta atq; tecta. Qvo cum voto devoto claudio, *Deus ANNUE VOTIS!* Dabam VVitebergæ prid. Calend. Maj. Anno ob Icc LXV.

T.

*ELECTOR Potentissime,  
PRINCEPS Serenissime,*

Subjectissimus

Alumnus

M. JOHANNES MANITIUS, Fac. Phil.  
Adjunctus.

SUPRÆ



Ad

*Clarissimum Virum.*

**DN. M. JOHAN. MANITIUM,**

**Collegii Philosophici Adjunctum dignissimum  
ac Merentissimum,**

**Amicum, Domesticum & Commensalem  
charissimum.**

**R**em contemplaris, Physicæ seu corpora lustras,  
Aut incorporeum pectore Pneuma foves:  
Ingenium prodis. Majori luce coruscas,  
Hunc ubi Dædaleâ confcis arte *Librum*.  
**P**rincipis est munus civilem animare catervam,  
Arsq; Reipublicæ Principis est studium.  
**R**egibus accedit, qui monstrat Regibus artem,  
Qvâ regitur populus, Principibusq; paret,  
Hoc agis, Aoniō madefactus fonte *Libellus*,  
Jura doces Regum, Consilia alta doces.  
**H**inc te fama vehit Rhedis. Hinc tradere Ventis  
Autorem noli **M**ANITIUMQUE Tuum.

**U**t te commendat solers Prudentia: sic tu  
Fac, ut **M**ANITII fama perennis agat.

**U**t dignus legeris qvovis à Rege: Politum  
Tunc *Genitorem operis* Regibus esse refer.  
**S**ic liber æternus Regalia tecta pererrans  
Regum arte, Æternis adjice **M**ANITIUM.

*Joh. Andreas Qvenstedt,  
S.S. Theol.D. & Prof. Publ.*

*Quid*

**Q**uid hanc; quid illam maxime Rempublicam,  
Ornet, quid inferat nociva plurima,  
Quid Principem bonum, bonumq; subditum.  
Deceat, doces scriptis, Magister optime;  
Laudo labores, qui mereatur omnium  
Laudem Bonorum, Principumq; gratiam.

Clarissimo Dn. Collegæ  
suo gratul.

**Ægidius Strauch / S.S. Th. D.**  
P.P.& Fac. Phil. h.t. Decanus.

Ad

**Clarissimum Virum,**

**Dn. M. JOHANNEM MANITIUM,**  
Facultatis Philosophicæ Adjunctum, cum Di-  
sputationes Politicas publicè habitas, bene  
absolvisset.

**N**unc quoq; finis adest, & meta suprema laborum,  
Hactenus in cathedrā qvos subiisse decet.  
Si quid habet Stagirita & mens divina Platonis,  
Id collegisti sedulitate tuā.  
Applaudit noster nostrā Studiosus in urbe,  
Autoriq; suo carmina mille canit.  
Ipse Tuas laudabo theses, laudabo labores,  
Et studium ad cœli sidera summa veham.  
Perge tuum studium; Moralem perge Sophiam;  
Non erit ingenii fama sepulta tui.

**Michael Vendelerus,**  
D. & P. P.

In

In  
Politissimas Disputationes POLITICAS  
V I R I  
Præ-Clarissimi ac πολιτικῶν  
Dn. M. JOHANNIS MANITI, Fac. Phil.  
Adjuncti meritissimi,

COLLEGÆ, Fautoris & Amici sui conjunctissimi.  
**E**xpolite! Tuus pernox ac perdius ardor.  
In Sophiam & Sophiæ SCRIPTA POLITA benè.  
Excolit hinc mea mens hoc: Te poliiisse juvabit;  
Nam Polis ipsa poli Te super astra vehet.

Schedium hoc exarbat amoris ac  
amicitiæ causâ

M. Christianus Faseltus,  
Coll. Phil. Adj.

EN PORTUM!

**A**equora Politici studii superare, MANITI,  
Cepisti forti mente animoq; pio.  
Sors melior ventis implevit vela secundis,  
Nec proræ nemoram vasta procella dedit.  
Optatum portum suscepisti buc usq; laboris,  
Indulget jamjam svavior aura TIBI.  
Hinc est, qvòd votis reducem qvasi prosequar, ausus  
Cernens successu non caruisse Tuos.  
Adspiret porrè TIRI Numinis aura benigna,  
Et TE multijugâ prosperitate beet!

Hocce

PRÆ-CLARISSIMO AUTORI, COLLEGÆ & AGNATO  
Suo HONORATISS.

de  
feliciter absoluto labore Politico  
subiariò licet, cordicitùs tamen  
gratulatur

M. Joh. Ernestus Hering/ Colleg. Phil. Adj.







Munificent  
CLEMENTIA  
nendum du  
vare, potuis  
PRINCEPS E  
in decursu,  
BENEFICEN  
Disputatio  
jure eas pe  
magne ac p  
rum meor  
fundus in i  
non possit  
licet! forsi  
meum co  
vustantur  
qui splend  
Iubenter c  
qvod SER  
hoc novi,  
botulisse  
Sen  
Ipsis, jux  
plicant, &  
Darius

Kodak

LICENSED PRODUCT  
Black

© The Tiffen Company, 2000  
**KODAK Color Control Patches**

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

Centimetres  
Inches

enignite atq;  
strum qvidem,  
sq; operam na  
uo, Serenissime  
beneficô, hujus  
erfectum, Tue  
em itaq; potius  
d qvem potiori  
TE ELECTOR  
ut fructus labo  
entur soli, cuius  
vam aliò vertere  
e videar. Erunt,  
in partem hunc  
Ego Homo no  
audeam, qvippe  
sit. Equidem pel  
manum donum,  
sit: attamen &  
ssima dona Phœ  
tia cornu.  
ultæq; gentes sup  
ura non habent  
us, pauxillulum  
aqvæ